⁵³PRIMO *AD NICOMACUM* ARISTOTELE, *Ethica ad Nicomachum*, I, 7, 1098b1-8. Anche sulla base dei testi citati mi sembra che i commenti non abbiano colto il senso di questo rimando. Qui l'autore si riferisce non tanto a qualche posizione che non riconosce i principi di qualche scienza, ma più semplicemente a coloro che rifiutano l'evidenza sensibile, in questo caso il movimento verso il basso dell'acqua e la sua natura di «non terminabile termino proprio». Che di questo si tratti è chiaro non solo dal contesto («sunt autem hec principia – cioè il moto verso il basso dell'acqua e la sua natura liquida – inventa sensu et inductione»), ma anche dai passi di Aristotele invocati a sostegno: *Physica* I, 2, 185a12 segg., dove si rigettano le ipotesi circa i principi naturali e in particolare circa l'immobilità o il movimento degli enti naturali: «Nobis autem subiiciantur quae sunt natura aut omnia aut quaedam moveri. Est autem manifestum hoc ex inductione. Simul autem neque solvere omnia convenit: sed aut quaecumque ex principiis aliquis demonstrans mentitur; quaecumque vero non minime» in THOMAS AQUINAS 1965, p. 8. *Ethica ad Nicomachum*, I, 7, 1098b1-8: «Non expetendum autem neque causam in omnibus similiter. Sed sufficiens et in quibusdam hoc si determinentur bene, utputa sicut circa principia. Hoc autem primum est et principium. Principiorum autem haec quidem inductione contemplata sunt. Haec vero sensu. Haec autem consuetudine quadam. Et alia autem aliter. Pertransire autem, ut oportet, tentandum singula secundum quod innata sunt, et studendum qualiter terminentur bene», in THOMAS AQUINAS 1934, p. 43. Il passo di *Metaphysica*, IV, 3, 1005b1 segg. riportato da PASTORE STOCCHI 2012, p. 239 si riferisce piuttosto ai principi indimostrabili del sillogismo, come il principio di contraddizione.

⁵⁴AD DESTRUCTIONEM ... MEMBRI CONSEQUENTIS Il primo punto nell'ordine della discussione stabilito nel paragrafo IX, e cioè la dimostrazione dell'impossibilità che l'acqua sia secondo una qualsiasi parte della sua circonferenza più elevata della terra emersa, è impostato attraverso la *consequentia* con un unico antecedente («si aqua in sua circumferentia considerata esset in aliqua parte altior quam terra») e da due conseguenti in disgiunzione (a) «aqua esset ecentrica», b) «aqua esset gibbosa», paragrafo X). Si dimostra l'impossibilità di a) in XII, di b) in XIII. La falsità del conseguente implica quella dell'antecedente, e cioè che l'acqua e la terra abbiano centri diversi (XIV).

⁵⁵ AQUA ESSET ... ET DEORSUM È il primo degli *impossibilia* che conseguono all'ipotesi dell'eccentricità delle due sfere, e cioè al primo dei conseguenti, la cui confutazione porta come conseguenza l'insostenibilità dell'antecedente, e cioè che l'acqua in qualche parte è più elevata della terra. Secondo quest'ipotesi infatti all'acqua sarebbero da attribuirsi due movimenti naturali contrari, in violazione del principio di contraddizione.

XIII

deorsum per eandem lineam cum terra⁵⁶. Tertium est quod gravitas equivoce predicaretur de ipsis⁵⁷; que omnia non tantum falsa sed impossibilia esse videntur⁵⁸. Consequentia declaratur sic: sit celum circumferentia in qua tres cruces, aqua in qua due, terra in qua una; et sit centrum celi et terre punctus in quo A, centrum vero aque ecentrice punctus in quo B; ut patet in figura signata.[FIGURA1] Dico ergo quod, si aqua erit in A et habeat transitum, quod naturaliter movebitur ad B, cum omne grave moveatur ad centrum proprie circumferentie naturaliter⁵⁹; et cum moveri ab A ad B sit moveri sursum, cum A sit simpliciter deorsum ad omnia, aqua movebitur naturaliter sursum; quod erat primum impossibile quod sequi dicebatur.

Preterea sit gleba terre in Z, et ibidem sit quantitas aque, et absit omne prohibens⁶⁰; cum igitur, ut dictum est, omne grave moveatur ad centrum

zione. Cf. ARISTOTELE, *Metaphysica*, IV, 6, 1011b16 e segg. («impossibile est contradictionem veram simul esse de eodem, palam quia nec contraria simul inesse eidem contingit» (*Aristoteles Latinus* 1995, p. 88, 585-7). La contrarietà della forma, inoltre, implica una diversificazione a livello di specie: «contrarietas facit specie diversa», ARISTOTELE, *Metaphysica*, X, 9, 1058b1-2 (*Aristoteles Latinus* 1995, p. 215) per cui l'acqua sarebbe diversa da sé stessa.

⁵⁶ SECUNDUM EST ... CUM TERRA In violazione di un principio condiviso secondo il quale l'azione di un agente naturale dipende dal suo principio formale, riassunto in quello che potremmo considerare un adagio «operatio arguit formam» (ripreso probabilmente dal comm. 12 di Averroè al libro VIII della *Metafisica* di Aristotele, v. AVERROES 1560, VIII, c. 255r). Si tratta del secondo *impossibile* che consegue all'ipotesi dell'eccentricità delle due sfere elementari, per il quale la pesantezza dell'acqua causerebbe un movimento diverso («non...per eandem lineam») da quello che caratterizza la terra.

⁵⁷ TERTIUM ... DE IPSIS Il terzo *impossibile* conseguente all'ipotesi dell'eccentricità deriva dal secondo, nel quale si è registrata la diversità del movimento verso il basso di acqua e terra; ciò porta a concludere che la pesantezza si predica dei due elementi non secondo lo stesso significato, innescando la predicazione equivoca.

⁵⁸ QUE OMNIA ... ESSE VIDENTUR Cioè non può essere mai vero, a differenza del possibile falso, cf. AVERROÈ, *In I De coelo*, comm. 119: «Et dixit quatuor hic esse abinvicem nomine et definitione diversa, videlicet: impossibile, falsum, possibile et verum. Possibile quidem est, ut dicere triangulum posse latera habere aequalia. Impossibile vero, ut dicere diametrum aequari costae. Falsum, sicut dicere Socratem tunc stare, dum sedet. Ac differunt falsum et impossibile, eo quod falsum fieri potest verum, impossibile autem nequaquam», AVERROES 1560, V, c. 84r.

⁵⁹ CUM OMNE ...CIRCUMFERENTIE NATURALITER Ai passi indicati da Mazzoni in *Opere minori* 1979, p. 812 aggiungerei «omne leve sursum et omne grave deorsum» delle *Auctoritates Aristotelis*, ed. HAMESSE 1974, p. 165, n. 80, che si riferisce probabilmente a *De coelo*, III, 2, 301b23-25 (relativo al comportamento diverso dell'aria).

⁶⁰ PROHIBENS Si tratta di termine tecnico; v. ad es.: «Si igitur omnia que moventur aut natura moventur aut extra naturam vel violentia, et que extra naturam omnia a quodam et ab alio, eorum autem que natura iterum queque a se ipsis moventur ab aliquo moventur et que non a se ipsis, ut levique et gravia (aut enim a generante et faciente leve et grave, aut ab inpedientia et prohibentia solvente), omnia ergo que moventur ab aliquo utique movebuntur», ARISTOTELE, *Physica*, VIII, 4, 255b33-256a1 (*Aristoteles latinus* 1990, p. 296), che

proprie circumferentie, terra movebitur per lineam rectam ad A, et aqua per lineam rectam ad B; sed hoc oportebit esse per lineas diversas, ut patet in figura signata; quod non solum est impossibile, sed rideret Aristoteles⁶¹ si audiret. Et hoc erat secundum quod declarari debebatur.

Tertium vero declaro sic: grave et leve sunt passiones corporum simplicium, que moventur motu recto; et levia moventur sursum, gravia vero deorsum⁶²; hoc enim intendo per grave et leve, quod sit mobile, sicut vult Philosophus in *De Celo et mundo*⁶³. Si igitur aqua moveretur ad B, terra vero ad A, cum ambo sint corpora gravia, movebuntur ad diversa deorsum; quorum una ratio esse non potest, cum unum sit deorsum simpliciter, aliud vero secundum quid. Et cum diversitas in ratione // p. 471// finium arguat diversitatem in hiis que sunt propter illos⁶⁴, manifestum est quod diversa ratio gravitatis erit in aqua et in terra; et cum diversitas rationis cum identitate nominis equivocationem faciat, ut patet per Philosophum in *Antepredicamentis*⁶⁵, sequitur quod gravitas equivoce predicetur de aqua et terra. Quod erat tertium consequentie membrum declarandum.

nelle *Auctoritates Aristotelis*, HAMESSE 1974, p. 157, n. 208, diventa «gravita et levia per se non moventur a generante, sed moventur a removente prohibens per accidens».

⁶¹RIDERET ARISTOTELES Il riferimento è alle critiche di Aristotele alle posizioni dei filosofi che lo precedettero, posizioni che spesso nelle sue opere critica prima di esporre la propria. Tra i passi delle opere di Dante richiamati dai sostenitori dell'autenticità, quello di *Cv. IV xv 6* («e senza dubio forte riderebbe Aristotile udendo fare spezie due dell'umana generazione, sì come delli cavalli e delli asini», ed. Fioravanti in *Opere* (2011-)2014, p. 674) è quella che mi sembra abbia il maggiore peso.

⁶² ET LEVIA ... VERO DEORSUM Cf. Aristotele, *De coelo*, III, 2, 301b20-25; IV, 1, 308a29-31; nelle *Auctoritates Aristotelis* v. HAMESSE 1974, pp. 165, n. 80; 166, n. 87.

⁶³ PHYLOSOPHUS IN *DE CELO ET MUNDO* ARISTOTELE, *De coelo*, IV, 3, 310b32-4, 312b19; I, 3, 269b20-30. Accolgo l'integrazione del «De» proposta da Leonella Coglievina, COGLIEVINA 2003, p. 388.

⁶⁴ DIVERSITAS IN ... PROPTER ILLOS Cf. AVERROÈ, *De substantia orbis*, 2, AVERROES 1560, V, c. 321v; nelle *Auctoritates Aristotelis*, HAMESSE 1974, p. 230, n. 20 è restituito: «finis significat agens significatione necessaria, sicut motus significat ipsum movens»; v. anche *Auctoritates Aristotelis*, HAMESSE 1974, p. 230, n. 20.

⁶⁵ ANTEPREDICAMENTIS ARISTOTELE, *Categoriae*, 1, 1a1.

Sic igitur patet per veram demonstrationem de genere illarum que demonstrant non esse⁶⁶ hoc quod aqua non est ecentrica; quod erat primum consequentis principalis consequentie quod destrui debebatur⁶⁷.

XIII

Ad destructionem⁶⁸ secundi membri consequentis principalis consequentie, dico quod aquam esse gibbosam est etiam impossibile. [FIGURA 2] Quod sic demonstro: sit celum in quo quatuor cruces, aqua in quo tres, terra in quo due; et centrum terre et aque concentricæ et celi sit D. Et presciatur hoc, quod

⁶⁶VERAM DEMONSTRATIONEM ... NON ESSE Si tratta della dimostrazione per assurdo.

⁶⁷ CONSEQUENTIA DECLARATUR ... QUOD DESTRUI DEBEATUR Si dimostra attraverso le figure che i tre *impossibilia* conseguono veramente all'ipotesi dell'eccentricità. Il primo impossibile consegue proprio dalla diversità dei centri di terra e acqua, per il quale se l'acqua si trovasse nel luogo del centro della terra (A nella figura), si muoverebbe verso il proprio luogo B con un movimento che è *deorsum* in quanto verso il proprio centro di gravità, ma anche *sursum*, dal momento che la direzione del movimento è dal centro della terra ad un luogo che non può che essere più elevato. Il secondo *impossibile*, vale a dire la diversità del moto verso il basso (a causa della pesantezza) dei due elementi consegue dall'ipotesi della diversità dei centri delle due sfere elementari, per cui se due parti di acqua e di terra si trovassero nello stesso luogo in alto rispetto al loro centro, si dirigerebbero verso i rispettivi centri secondo linee diverse. Il terzo *impossibile* è trattato in modo più articolato; l'autore, infatti, ricorda come le proprietà della leggerezza e della pesantezza sono quelle alla base del movimento (nel cielo al di sotto della luna il moto si distribuisce secondo queste due direzioni). Se l'acqua e la terra si muovono verso il basso, ma verso punti diversi, sulla base del principio per cui la diversità negli obiettivi del moto non può essere ascritta ad una medesima causa, risulterà che il termine pesantezza, cui è da attribuirsi il movimento verso il basso, dovrebbe avere una differente *ratio* nei due elementi e solo uno stesso nome, da cui l'insorgere dell'equivocità. Se la mia ricostruzione è corretta, non c'è possibilità di scelta per quanto riguarda due lezioni che non hanno visto unanimi gli editori e i commentatori: «propter illos» (cioè «illos» riferito a «fines») e non «propter illa» dell'edizione, correzione già proposta da Boffito, e accolta da BIAGI 1907, p. 110 e Mazzoni in *Opere minori* 1979, p. 814. «Gravitatis» e non «fluitatis» dell'edizione, correzione già proposta da Pistelli in *Le opere*, p. 434. Nel caso di «fluitatis» la correzione sembra doverosa dal momento che l'equivocità riguarda proprio l'identità del nome e la diversità della *ratio*. V. PERLER 1994, p. 76.

⁶⁸ AD DESTRUCTIONEM Confutazione del secondo conseguente all'ipotesi dell'eccentricità delle due sfere elementari, quella cioè per cui l'acqua è caratterizzata da una protuberanza che la rende superiore alla terra. Anche in questo caso l'autore non si limita a rilevarne la falsità, ma addirittura l'impossibilità. La dimostrazione presenta, a mio parere, un inciso che può essere giustificato solo come anticipazione della soluzione adottata in seguito: il richiamo alla geometria («in mathematicis») per giustificare l'unica possibilità dell'emersione della terra, qualora si ritengano le sfere elementari concentriche (con la sfera dell'acqua con raggio maggiore), attraverso una protuberanza. Il problema, infatti, non verte sulla *gibbositas* della terra, bensì dell'acqua, come restante opzione per dimostrarne la maggior altezza rispetto alla terra. Una possibile spiegazione a questa incongruenza potrebbe essere nella giustificazione dell'uso dell'illustrazione, che ricorre a nozioni geometriche come la diversa distanza dal centro del punto più alto della protuberanza dell'acqua rispetto alla sua superficie, ma poi si basa sulla proprietà fisica dell'acqua stessa, richiamandosi a quanto prima affermato sulle caratteristiche dell'acqua («si vera sunt que prius supposita erant») per dimostrare l'insostenibilità di questa soluzione.

aqua non potest esse concentrica terre, nisi terra sit in aliqua parte gibbosa supra centram circumferentiam, ut patet instructis in mathematicis, si in aliqua parte emergit a circumferentia aque. Et ideo gibbus aque sit in quo H, gibbus vero terre in quo G; deinde protrahatur linea una a D ad H, et una alia a D ad F. Manifestum est quod linea que est a D ad H est longior quam que est a D ad F, et per hoc summitas eius est altior summitate alterius; et cum utraque contingat in summitate sua superficiem aque, neque transcendat, patet quod aqua gibbi erit sursum per respectum ad superficiem ubi est F. Cum igitur non sit ibi prohibens, si vera sunt que prius supposita erant, aqua gibbi dilabetur donec coequetur ad D cum circumferentia centrali sive regulari⁶⁹; et sic impossibile erit permanere gibbum vel esse; quod demonstrari debebat. Et preter hanc potissimam demonstrationem⁷⁰ potest etiam probabiliter ostendi⁷¹ quod aqua non habeat gibbum extra circumferentiam regularem, quia

⁶⁹CUM Igitur non sit ibi ... sive regulari Cf. il commento di Campano da Novara al *De sphaera* di Sacrobosco: «Cum enim aqua propter sui humiditatem non sit terminabilis nisi termino alieno, terra vero propter sui siccitatem et complexionem de se terminabilis, inequalitas predicta per recessum a figura sphere non fuit possibilis in aqua, in terra vero fuit. Nam cum omne ponderosum qua parte vicinius potest properet ad centrum suum, morem predictum intelligamus in aqua fore ultra convenientiam sue sphere; nihil enim erit quod impediatur aquas tumentes ad suam spheram descendere, cum in situ sue sphere sint centro viciniores quam ultra suam spheram elevate», citato in BOFFITO 1902, p. 108.

⁷⁰ HANC POTISSIMAM DEMONSTRATIONEM L'autore attribuisce il massimo dell'evidenza alla dimostrazione dell'impossibilità che si verifichi una protuberanza nella sfera dell'acqua, probabilmente proprio per il richiamo alla geometria, disciplina caratterizzata dal massimo della certezza, potendo prescindere da alcun riferimento alla materia (anche se ovviamente non si danno enti geometrici senza materia, come voleva Platone).

⁷¹ PROBABILITER OSTENDI L'autore, pur ricorrendo ad un argomento largamente condiviso e invocato - una delle tante forme del principio di economia - ne sottolinea la diversa forza probativa rispetto al precedente, forse anche per il riferimento alla soluzione finale, con un rimando alla successiva dimostrazione («ut infra patebit»), ma con un'importanza ben maggiore rispetto al cenno precedente, prima della dimostrazione della figura, dal momento che si presenta già come soluzione da preferirsi alla *gibbositas* dell'acqua in una visione dell'universo caratterizzata dalla convinzione che Dio e la natura agiscano sempre per il meglio. L'impossibilità di una protuberanza dell'acqua, che si vuole dimostrare in questo contesto, è una conseguenza dell'ipotesi di una maggiore altezza dell'acqua, la prima soluzione che si vuole confutare («Primo demonstrabitur impossibile aquam in aliqua parte sue circumferentie altiozem esse hac terra emergente sive detecta» del par. X), e che si confuta dimostrando l'impossibilità di ciò che conseguirebbe all'ammissione di questa maggior altezza dell'acqua. Qui si anticipa che la sola spiegazione dell'emersione della terra è quella di una protuberanza sulla sfera dell'acqua, e si preferisce questa spiegazione alla protuberanza dell'acqua, che tuttavia era stata introdotta solo per spiegare un'ipotesi del tutto diversa, e cioè appunto la maggior altezza dell'acqua, sulla base del principio di economia (ma anche dopo aver dimostrato l'impossibilità di una

quod potest fieri per unum, melius est quod fiat per unum quam per plura⁷²; sed totum suppositum potest fieri per solum gibbum terre, ut infra patebit; ergo non est gibbus in aqua, cum Deus et natura semper faciat et velit quod melius est, ut patet per Philosophum primo *De celo et mundo*⁷³, et secundo *De generatione animalium*⁷⁴. Sic igitur //p. 472// patet de primo sufficienter, videlicet quod impossibile est aquam in aliqua parte sue circumferentie esse altiore, hoc est remotiore a centro mundi⁷⁵, quam sit superficies huius terre habitabilis; quod erat primum in ordine dicendorum.

XIV

Si ergo impossibile est aquam esse ecentricam, ut per primam figuram demonstratum est, et esse cum aliquo gibbo, ut per secundam est demonstratum, necesse est ipsam esse concentricam et coequam, hoc est equaliter in omni parte sue circumferentie distantem a centro mundi, ut de se patet.

XV

protuberanza acqua). Si tratta di un'anomalia che avrebbe probabilmente prestato il fianco alle obiezioni di un possibile *repondens*, se appunto la *Questio* fosse un atto universitario vero e proprio.

⁷² QUOD POTEST ... PER PLURA La natura aristotelica di questo passo, spesso citato, è confermata dalle *Auctoritates Aristotelis* sul *De anima* di Aristotele III, 9, 432b21-23: «natura nihil facit frustra, unde non deficit in necessariis, nec abundat in superfluis», HAMESSE 1974, p. 188, n. 168. Lo stesso concetto è espresso nei passi sotto citati dal *De coelo* e dal *De generatione animalium*.

⁷³ PRIMO DE CELO ET MUNDO ARISTOTELE, *De coelo*, I, 4, 271a32.

⁷⁴ SECUNDO DE GENERATIONE ANIMALIUM ARISTOTELE, *De generatione animalium*, II, 4, 738b1.

⁷⁵ A CENTRO MUNDI Il testo di Moncetti ha «ad centrum mundi», che BIAGI 1907, p. 105 mantiene, proponendo un improbabilissimo rapporto con «ad argumenta» del paragrafo IX.

[XIV] Si noterà un'ulteriore anomalia nell'argomentazione. Non si deve dimostrare infatti la concentricità delle due sfere, ma l'impossibilità che l'acqua in qualche parte della sua sfera sia più alta della parte emersa della terra. Il fatto che le due sfere risultino concentriche è il portato degli argomenti che confutano appunto tale possibilità, spiegata appunto con l'eccentricità delle due sfere o del gibbo acqua.

XVIII

Nunc arguo sic⁷⁶: quicquid superheminet alicui parti circumferentie distantis equaliter a centro, est remotius ab ipso centro quam aliqua pars ipsius circumferentie; sed omnia littora, tam ipsius Amphitritis quam marium mediterraneorum⁷⁷, superheminent superficiei contingentis maris, ut patet ad oculum; ergo omnia littora sunt remotiora a centro mundi, cum centrum mundi sit centrum maris, ut visum est, et superficies littorales sint partes totalis superficiei maris; et cum omne remotius a centro mundi sit altius, consequens est quod littora omnia sint superheminentia toti mari; et si littora, multo magis alie regiones terre, cum littora sint inferiores partes terre; et id flumina ad illa descendencia manifestant. Maior vero huius demonstrationis demonstratur in theorematibus geometricis; et demonstratio est ostensiva⁷⁸, licet vim suam habeat, ut in hiis que demonstrare sunt superius, per impossibile. Et sic patet de secundo.

⁷⁶ NUNC ARGUO SIC In questo paragrafo l'autore assolve al secondo punto del suo programma («Secundo demonstrabitur terram hanc emergentem esse ubique altiore[m] totali superficie mari» del paragrafo IX), riprendendo quanto già anticipato nel paragrafo precedente, in cui si provava l'impossibilità di una protuberanza nella sfera dell'acqua. Nella proposizione maggiore la possibilità di una parte della circonferenza di raggio minore di essere sopraelevata rispetto alla circonferenza di raggio maggiore, nel caso che le circonferenze siano concentriche, è esclusivamente quella di una protuberanza, come già dimostrato geometricamente nel caso dell'ipotesi della gibbosità acqua nel paragrafo precedente (la maggior distanza dal centro della parte superiore della protuberanza rispetto alla circonferenza). La proposizione minore si affida alla constatazione che tutte le località costiere hanno una maggiore elevazione rispetto alle acque che delimitano. La conclusione: tutti i litorali sono più lontani dal centro del mondo, che è anche il centro dell'acqua (per la concentricità delle sfere dei due elementi). Ma se lo sono i litorali, che fanno parte della parte acqua, sia pure come limite, a maggior ragione saranno più lontane dal centro, e dunque più elevate, le terre emerse lontano dai litorali.

⁷⁷ IPSIUS AMPHITRITIS ... MARIUM MEDITERRANEORUM Cf. PIETRO D'ABANO, *Conciliator*, diff. XIII: «Est autem triplex aque maneries. Una quidem congregata mare constituit et maxime Amphitrides appellatum vel Oceanum; nam hic locus est proprius aquarum», PETRUS DE ABANO 1523, c. 18vb citato in BOFFITO 1903, p. 109. ALBERTUS MAGNUS 1980, p. 103, 6-7: «Circumducam igitur circulum Oceani quod Amphitrites vocatur et continet totam sphaeram terre»; v. anche il commento di Alberto Magno ai *Meteorologica* citato in PERLER 1994, p. 80.

⁷⁸ DEMONSTRATIO OSTENSIVA Cf. ARISTOTELE, *Analytica Priora*, II, 14, 62b29 segg. V. anche il passo del commento di Tommaso agli *Analytica priora*, I, xl, n. 355: «demonstratio affirmativa ostensiva est multo potior ea quae ducit ad impossibile», citato da BIAGI 1907, p. 118. Da qui la precisazione relativa alla *vis*, che riposa su argomentazioni *per impossibile*. Nelle *Summulae* di Pietro Hispano si distingue chiaramente tra i due tipi di dimostrazione: «Duplex est sillogismus, scilicet ostensivus et ad impossibile. Ostensivus est qui habet unam solam conclusionem. Sillogismus autem ad impossibile est quando sillogistice ducitur ad aliquod impossibile et propter hoc interimitur aliqua premissarum que est causa illius impossibilis. Unde iste sillogismus semper habet duas conclusiones», PETRUS HISPANUS 1972, pp. 173-4.

Sed contra ea que sunt determinata⁷⁹ sic arguitur: gravissimum corpus equaliter undique ac potissime petit centrum; terra est gravissimum corpus⁸⁰; ergo equaliter undique ac potissime petit centrum. Et ex hac conclusione sequitur, ut declarabo, quod terra equaliter in omni parte sue circumferentie distet a centro, per hoc quod dicitur 'equaliter'; et quod sit substans omnibus corporibus, per hoc quod dicitur 'potissime'; unde sequeretur: si aqua esset concentrica, ut dicitur, quod terra undique esset circumfusa et latens, cuius contrarium videmus. Quod illa sequantur ex conclusione sic declaro: ponamus per contrarium sive oppositum consequentis illius quod est 'in omni parte equaliter distare', et dicamus quod non distet; et ponamus quod ex una parte superficies terre distet per viginti stadia, ex // p. 473 // alia per decem. Et sic unum emisferium eius erit maioris quantitatis quam alterum, nec refert

⁷⁹ SED CONTRA EA QUE SUNT DETERMINATA Inizia qui la terza parte dell'argomentazione («Tertio instabitur contra demonstrata et solvetur instantia» di IX). Si tratta di una parte importante della discussione, in quanto sono presentate delle obiezioni alla soluzione magistrale proposta, che permettono di specificarla meglio e di addurre ulteriori argomenti a suo favore attraverso le risposte alle obiezioni. La prima *instantia* riecheggia la dimostrazione dell'impossibilità che si dia una protuberanza acquee, in questo contesto facendo riferimento ad una delle proprietà della terra, quella cioè di essere il più pesante degli elementi, da cui la conclusione di un'eguale distanza della circonferenza dal centro e di una posizione più bassa rispetto a tutti gli altri elementi. Non solo: sempre nella dimostrazione dell'impossibilità di una sopraelevazione dell'acqua si rimproverava l'uso equivoco del termine riferentesi alla *gravitas* sulla base della diversità delle traiettorie dell'acqua e della terra (l'ipotesi era che si trattasse di due circonferenze con centri differenti). Partendo da questi assunti l'obiezione conclude un *equaliter distare* della terra dal suo centro, da cui deriva una completa sommersione («subsistens omnibus corporibus»), che contrasta comunque all'evidenza dei fatti («cuius contrarium videmus»). La prima parte della conclusione, quella relativa all'*equaliter distare* della circonferenza della terra procede per assurdo, ipotizzando una diversità nei due emisferi, dovuta appunto alla differente distanza di parte della circonferenza dal centro. Questa situazione risulta non stabile, dal momento che la maggiore *quantitas* di uno dei due emisferi sarà caratterizzata da maggiore pesantezza rispetto all'altra, tale da causare velocemente il ripristino dell'equilibrio (cioè la coincidenza con il centro della quantità con quello della gravità). Meno interessante la dimostrazione della seconda parte della conclusione, che richiama la «potissima virtus» della terra, cioè la sua pesantezza e quindi la tendenza ad occupare la posizione più bassa tra gli elementi. L'obiezione si rivolge particolarmente alla teoria della concentricità delle due sfere elementari.

⁸⁰ TERRA EST GRAVISSIMUM CORPUS Cf. ARISTOTELE, *De coelo*, III,1, 300a4; *Auctoritates Aristotelis*, HAMESSE 1974, p. 166, n. 88.

utrum parum vel multum diversificentur in distantia, dummodo diversificentur. Cum ergo maioris quantitatis terre sit maior virtus ponderis, emisperium maius per virtutem sui ponderis prevalentem impellet emisperium minus donec adequetur quantitas utriusque, per cuius adaequationem adequetur pondus⁸¹; et sic undique redibit ad distantiam quindecim stadiorum, sicut et videmus in appensione ac adaequatione ponderum in bilancibus⁸². Per quod patet quod impossibile est terram equaliter centrum petentem diversimode sive inequaliter in sua circumferentia distare ab eo. Ergo necessarium est oppositum suum quod est 'equaliter distare', cum distet; et sic declarata est consequentia quantum ex parte eius quod est 'equaliter distare'.

Quod etiam sequatur ipsam substare omnibus corporibus, quod sequi etiam ex conclusione dicebatur, sic declaro: potissima virtus potissime attingit finem⁸³, nam per hoc potissima est quod citissime ac facillime finem consequi potest; potissima virtus gravitatis⁸⁴ est in corpore potissime petente centrum, quod quidem est terra; ergo ipsa potissime attingit finem gravitatis, qui est centrum mundi; ergo substabit omnibus corporibus, si potissime petit centrum. Quod erat secundo declarandum. Sic igitur apparet esse impossibile quod aqua sit concentrica terre, quod est contra determinata.

XVII

⁸¹ DONEC ADEQUETUR ... ADEQUETUR PONDUS Cf. ARISTOTELE, *De coelo*, II, 14, 297a8 segg.

⁸² IN BILANCIBUS Come per quanto riguarda la *perspectiva* nella spiegazione dell'impossibilità di vedere la terra ferma dalle navi, il richiamo in questo contesto alla statica (*scientia de ponderibus*) è esclusivamente finalizzato – si tratta in fondo di un richiamo all'esperienza – all'argomentazione, per cui sarebbe arduo ipotizzare su questa sola base degli interessi dell'autore verso questo ramo della scienza medievale.

⁸³ POTISSIMA ... FINEM Cf. ARISTOTELE, *Physica*, VII, 3, 246a10-17. V. anche il commento di Tommaso d'Aquino: «unumquodque tunc est perfectum, quando pertingere potest ad propriam virtutem; sicut naturale corpus tunc perfectum est, quando potest aliud sibi simile facere, quod est virtus naturae», THOMAS AQUINAS 1965, pp. 473-474, già indicato in PERLER 1994, p. 84.

⁸⁴ POTISSIMA VIRTUS GRAVITATIS Cf. ARISTOTELE, *De coelo*, II, 4, 287a1 segg. e II, 14, 296b6-21.

Sed ista ratio⁸⁵ non videtur demonstrare, quia propositio maior principalis sillogismi non videtur habere necessitatem. Dicebatur enim "gravissimum corpus equaliter undique ac potissime petit centrum"; quod non videtur esse necessarium, quia, licet terra sit gravissimum corpus comparatum ad alia corpora, comparatum tamen in se, secundum suas partes, potest esse gravissimum et non gravissimum, quia potest esse gravior terra ex una parte quam ex altera. Nam cum adequatio corporis gravis non fiat per quantitatem in quantum quantitas, sed per pondus, poterit ibi esse adequatio ponderis, cum non sit ibi adequatio quantitatis. Et sic illa demonstratio est apparens et non existens⁸⁶.

XVIII

Sed talis instantia⁸⁷ nulla est: procedit enim ex ignorantia nature homogeneorum⁸⁸ et simplicium. Corpora enim homogenea et simplicia – sunt

⁸⁵ SED ISTA RATIO La prima contro-obiezione risulta essere, come dichiarato nel paragrafo seguente, di nessun valore, in quanto non riconosce efficacia dimostrativa all'obiezione sulla base di una presunta mancanza di necessità della proposizione maggiore «gravissimum corpus equaliter undique ac potissime petit centrum». L'eccezione riguarda l'elemento terra preso singolarmente, per cui sarebbe possibile un'eccezione a quanto affermato circa la tendenza verso il centro. Quest'eccezione è fondata sulla distinzione tra *centrum quantitatis* e *centrum gravitatis* e con l'attribuzione esclusiva a quest'ultimo della tendenza al movimento. Si tratta di una distinzione presente nei dibattiti di filosofia della natura del secolo XIV, e in modo particolare in quelli relativi alla possibilità di movimenti verso il basso che oltrepassino il centro del mondo, v. su questo DUHEM 1958, pp. 79-323; GRANT 1994, pp. 630-7.

⁸⁶ET SIC ... NON EXISTENS Essendo partiti da una premessa falsa (l'eguale pesantezza della terra), la conclusione non può che essere vera solo in apparenza, cioè per quanto è formalmente dedotta da un antecedente. Cf. ARISTOTELE, *De sophisticis elenchis*, 1, 165a19-20 nella revisione di Guglielmo di Moerbeke della traduzione di Boezio: «ob hanc ergo causam et quae dicendae sunt est et syllogismus et elenchus apparens, non existens», *Aristoteles Latinus* 1971, p. 77. Cf. anche 11, 171b29-34, nella stessa versione: «Et oratio quidem eadem erit sophistica et litigiosa, sed non secundum idem, in eo vero quod propter victoriam apparentem litigiosa, in eo vero quod propter sapientiam, sophistica; nam sophistica est apparens quaedam sapientia, non autem existens», *Aristoteles Latinus* 1975, p. 88. Ma si veda anche il passo dal *De fallaciis* edito tra gli opuscoli di S. Tommaso in cui si citano sia la *causa apparentiae* che quella *non existentiae* della fallacia, citato nella nota 86. Evidentemente anche in questo caso il riferimento è ad un'argomentazione sofistica, di cui l'autore usa il linguaggio tecnico.

⁸⁷ SED TALIS INSTANTIA La risposta all'obiezione viene presentata dall'autore come di nessun valore, per cui gli argomenti dell'obiezione si devono considerare ancora validi. In particolare quella che non viene accettata è la distinzione tra *centrum quantitatis* e *centrum gravitatis*, che introdurrebbe surretiziamente delle diversità nelle proprietà dei corpi semplici omogenei, caratterizzati in ogni loro parte da una gravità regolare, proporzionalmente alla loro quantità. È in questo contesto che viene rigettata l'obiezione, accusata di non tener

homogenea ut aurum depuratum, et simplicia ut ignis et terra – regulariter in suis partibus qualificantur omni naturali passione. Unde cum terra sit corpus simplex, regulariter in // p. 474 // suis partibus qualificatur, naturaliter et per se loquendo; quare cum gravitas insit naturaliter terre, et terra sit corpus simplex, necesse est ipsam in omnibus partibus suis regularem habere gravitatem, secundum proportionem quantitatis; et sic stat ratio instantie principalis.

Unde respondendum est quod ratio instantie sophistica est, quia fallit secundum quid et simpliciter⁸⁹. Propter quod sciendum est quod Natura universalis non frustratur suo fine⁹⁰; unde, licet natura particularis aliquando

conto della complessità che caratterizza la natura, cadendo così nella fallacia che prende per *simpliciter* solo ciò che è *secundum quid*. E la nozione di *natura simpliciter* si può attribuire solo alla *natura universalis* che non «frustratur suo fine», al contrario di quella *particularis*, che può fallire nel suo intento «propter inobedientiam materie». Il fine della natura universale è quello di portare all'atto tutto quanto è in potenza, e per raggiungere questo intento può sospendere anche i fini della natura particolare, facendo che una parte della terra sia distante più dal suo centro che l'altra (quella sommersa).

⁸⁸ HOMOGENEORUM Cf. ARISTOTELE, *De generatione et corruptione*, II, 10, 328a4 segg. Nel *Tractatus de sphaera* di Giovanni di Sacrobosco a proposito dell'acqua: «Item, cum aqua sit corpus homogeneum, totum cum partibus erit eiusdem rationis», ed. THORNDIKE 1949, p. 83.

⁸⁹ UNDE RESPONDENDUM ... ET SIMPLICITER Si tratta della *fallacia secundum quid et simpliciter* sulla quale si veda PETRUS HISPANUS 1972, pp. 157-8 («alie autem forme omnes et accidentia quecumque sunt forme et accidentia ipsius totius ita quod non partis tantum – hec, inquam, omnia non possunt denominare totum nisi simpliciter insint toti. Et in talibus incidit fallacia secundum quid et simpliciter, quia determinatio que fit in talibus secundum partem vel secundum alium respectum, diminuit ipsum simpliciter. Et tale '*secundum quid*' sumitur hic, non autem illud aliud quod non diminuit»). La *fallacia* riguarda in questo caso *gravissimus*. V. anche quanto affermato nel *De fallaciis*, edito tra gli opuscoli di Tommaso d'Aquino: «Fallacia vero accidentis est deceptio proveniens ex eo quod aliquid significatur simile utrique eorum quae sunt aliquid per accidens unum. Ex quo patet quod in fallacia accidentis semper inveniuntur tres termini, sicut in syllogismo: quorum duo per accidens aliquo modo coniunguntur, qui quidem se habent sicut medium et minor extremitas; tertium vero quod assignatur utrique inesse, est maior extremitas. Causa vero apparentiae in hac fallacia est unitas quaedam et identitas eorum quae per accidens quodammodo coniunguntur; causa vero non existentiae est diversitas eorundem: nam sicut dicit Philosophus in primo *Elenchorum*, fallacia accidentis fit ex eo quod aliquis non potest iudicare idem et diversum, unum et multa», THOMAS AQUINAS 1954, p. 234 (questa fonte era già stata indicata da BIAGI 1907, p. 128). V. PERLER 1994, p. 89.

⁹⁰PROPTER QUOD ... SUO FINE Cf. ALBERTO MAGNO, *Physica*, II, 1, cap. 5: «Et est digressio declarans quid est esse secundum cursum naturae universalis et secundum cursum naturae particularis. Concedimus universalem naturam absolute dici de eo quod continet et regit omnes naturas particulares. Et haec natura est proportio virtutis motuum caelestium, secundum quod sunt periodus una omnium naturarum particularium. Si enim nos comparaverimus caeli motus ad inferiora, tunc sunt quasi virtus una movens inferiora et regens. Si autem comparaverimus inferiores naturas ad superiora, tunc est haec virtus multiplicata secundum diversitatem rectorum ab ipsa. Et secundum has duas naturas aliquid est, cuius principium movendo non est particularis natura, sed est extra cursum suum naturalem, cuius tamen principium et causa est natura universalis et secundum suum cursum naturalem», ALBERTUS MAGNUS 1987, p. 83, 76-90. PIETRO D'ABANO, *Conciliator*,

propter inobedientiam materie ab intento fine frustretur, Natura tamen universalis nullo modo potest a sua intentione deficere, cum Nature universali equaliter actus et potentia rerum, que possunt esse et non esse, subiaceant. Sed intentio Nature universalis est ut omnes forme, que sunt in potentia materie prime, reducantur in actum, et secundum rationem speciei sint in actu; ut materia prima secundum suam totalitatem sit sub omni forma materiali, licet secundum partem sit sub omni privatione opposita, preter unam. Nam cum omnes forme que sunt in potentia materie ydealiter sint in actu in Motore celi, ut dicit Comentator in *De substantia orbis*⁹¹, si omnes iste forme non

diff. XV: «Natura duplex est: universalis et particularis. Universalis quidem ut afflans et imprimens in hec inferiora; virtus celestis que adheret vie uni et ordini, quod indicat motus illius a quo bonitas et perfectio causatur in istis. Unde secundo *Creticorum* capitulo secundo: omne bonum pulchrum et omne quod ordine uni adheret et vie et ostenditur in eo vestigium sapientie, non est illud nisi de sursum. Particularis vero est impressio in hec infima sigillata priori universali; regitur enim et gubernatur per illam. Que etiam duplex existit: una quidem infima, altera vero duarum media, sicut que viventium natura secundum magis et minus distans ab illa superiori et secundum hoc plus aut minus ordinata, ut humana maxime, cum ei amplius propinquet. Infima quidem sunt que elementorum, priori propter longe distare fere opposita et ideo minime ordini uni adheret et vie, et proprie materia prima et que elementorum sibi viciniora. Quare factum quod multa sunt contra naturam particularem, non tamen universalem, cum ea sit particularis causa et dominatrix nature... Similiter quod aqua maris fluat et refluat <preter> (ed. propter) naturam particularem ipsius existit, cum eius naturalius sit quiescere; sed non contra naturam universalem, ut motum lune moventis mare», PETRUS DE ABANO 1523, c. 21va. In entrambi i testi la natura universale è caratterizzata in senso prevalentemente astrologico, mentre l'autore, che pur ricorrerà all'azione degli astri per spiegare la formazione del gibbo, si mantiene più nel vago. Sulla *natura universalis* si vedano i testi raccolti da BIAGI 1907, pp. 129-131, HOSSFELD 1981, PERLER 1994, pp. 89-91, GRANT 1994, pp. 615-17.

⁹¹ COMMENTATOR IN *DE SUBSTANTIA ORBIS* AVERROË, *De substantia orbis*, 1: «Et cum fuerit declaratum ei de corporibus coelestibus, eorum formas existere in suis subiectis, videlicet existentia quod non dividuntur per divisionem sui subiecti et quod causa in hoc est quia non existunt in subiectis secundum quod sunt divisibilia, fuit ei declaratum quod istae formae non constituuntur per subiectum, immo sunt abstractae in esse, quoniam, cum existunt in toto subiecto et non dividuntur per eius divisionem, contingit quod non constituuntur per subiectum; non enim existunt in eo neque in toto neque in parte, et universaliter nec in divisibili nec in indivisibili», AVERROES 1560, V, c. 321r. Questo è il passo cui più si avvicina la citazione, che ha presente comunque il trattato di Averroè nel suo complesso, nel quale si opera costantemente un paragone tra la sostanza dei corpi del mondo sublunare, corruttibili e finiti, e di quelli celesti, incorruttibili e di potenza infinita. Anche il passo successivo, relativo all'impossibilità che vi sia una mancanza nella diffusione della *bonitas*, è ripreso dal *De substantia orbis* dove a più riprese si insiste sulla necessità dell'azione dei corpi celesti (v. cap. VII), anche rimandando esplicitamente alla discussione di Aristotele sulla natura del possibile e dell'impossibile, che ricorda a sua volta un altro passo citato dall'autore relativo al finalismo dell'azione naturale e divina: «Et si concesserimus quod in corpore coelesti est virtus finita alia a virtute motiva, quae non est in eo nec constituitur per ipsum, verbi gratia virtus per quam coelum dicitur habere motum circularem, sicut gravia et levia per formam declinationis motum rectum, qua videlicet dicatur esse neque grave neque leve, ita quod ista virtus sit in materia et quod aggregatur ex materia et ipsa sit corpus coeleste, sicut dicit Avicenna, sequitur necessario ut in aeterno sit posse ad corruptionem absque eo quod corrumpatur, quod destruitur in ultimo tractatu primi de coelo», Averroes 1560, V, c. 324r (il riferimento che chiude la citazione è a ARISTOTELE, *De coelo*, I, 10, 279b30-31). BIAGI 1907, p. 132, seguito da PADOAN 1968, p. 25, cita anche Ari-

essent semper in actu⁹², Motor celi deficeret ab integritate diffusionis sue bonitatis, quod non est dicendum⁹³. Et cum omnes forme materiales generabilium et corruptibilium preter formas elementorum requirant materiam et subiectum mixtum et complexionatum, ad quod tanquam ad finem ordinata sunt elementa in quantum elementa⁹⁴, et mixtio esse non possit nisi miscibilia simul esse possunt⁹⁵, ut de se patet, necesse est esse partem in universo ubi omnia miscibilia, scilicet elementa, convenire possint; hec autem esse non posset, nisi terra in aliqua parte emergeretur, ut patet intuiti. Unde cum intentioni Nature universalis omnis natura obediat⁹⁶, necesse fuit etiam preter simplicem naturam terre, que est esse deorsum, inesse aliam naturam per

stotele, volendo riferirsi piuttosto, come già indicato da NARDI 1960, p. 89, al commento di AVERROÈ, *In XII Metaphysicorum*, comm. 18.

⁹² SI OMNES ... IN ACTU A livello di specie e non di singoli enti, dal momento che al di sotto del cielo della luna i corpi naturali sono sottoposti a generazione e corruzione. Su questa convinzione di evidenti origini averroistiche, o comunque aristoteliche (eternità del mondo), è basata dunque l'individuazione della causalità finale della maggiore elevazione dell'acqua rispetto alla terra. Affinché non venga meno la perfezione del primo motore i modelli della sua mente devono essere sempre attualizzati - a livello di specie - nel mondo materiale. La natura universale, dunque, assume caratteri distintivi nella *Questio*: alla sua natura astrologica, cara, ad esempio, ad Alberto Magno e Pietro d'Abano (v. sopra), è preferita una visione che potremmo definire immanentistica ed eternalista, ispirata evidentemente ad Aristotele, che potrebbe anche essere declinata in senso provvidenzialistico (l'impossibilità che venga meno la diffusione della bontà del primo Motore del cielo), qualora non si limitasse l'indagine *in puris naturalibus*.

⁹³ QUOD NON EST DICENDUM Anche Restoro d'Arezzo sottolinea il carattere necessario dell'elevazione della terra rispetto alle acque, *La composizione del mondo*, II, 5, 3 e 4: «Cap. terzo. De la figura de la terra descoperta, s'ella dea èssare tutta piana, o parte piana o parte montuosa. E se lo cielo, secondo quello che noi vedemo, ha virtude en sé da adoparare e de fare operazione e.lli monti, e li monti non fossaro, quella virtude del cielo sarea ociosa, ché non avarea loco e.llo mondo là o'potesse adoparare, come lo semenatore senza 'l campo. Adonqua se lo cielo ha in sé virtude da adoparare e.lli monti è mestieri de necessità che li monti siano: come al semenatore de necessità è mestieri d'avere lo campo, e senza lo campo sarea ocioso e non potarea semenare...Cap. quarto De la cascione perch'elli fo mestieri che la terra abettabele avesse permestione de lacque sopra essa e entra essa, correnti e non correnti. E la terra, la quale è scoperta da l'acqua per lo movimento e per la virtude del cielo, per adoparàreli su come e.llomonte 'e.llo piano, deal'avere en tale modo scoperta e deposta, che le piante e li animali li possano abetare e vivare su. E se li animali deano èssare sopra la terra, è mestieri che sieno le plante, empercìò che le plante so' pasto e aiuto de li animali, e li animali che pascono le plante so' pasti de li altri animali», RESTORO D'AREZZO 1997, pp. 180-1.

⁹⁴ ELEMENTA IN QUANTUM ELEMENTA Cf. ARISTOTELE, *De generatione et corruptione*, II, 8, 334b32-335a9; *Auctoritates Aristotelis*, HAMESSE 1974, p. 170, n. 35.

⁹⁵ SIMUL ESSE NON POSSUNT Cf. ARISTOTELE, *De generatione et corruptione*, I, 10, 328b22; *Auctoritates Aristotelis*, HAMESSE 1974, p. 168, n. 18.

⁹⁶UNDE CUM ... NATURA OBEDIAT La prevalenza della natura universale sulla particolare è affermata anche da PIETRO D'ABANO, *Conciliator*, diff. XIII: «Quod si videatur contra naturam particularem elementorum talis ordo concurrere, non tamen contra universalem existit..., cuius intentio est cuncta semper in melius ordinare, donec ad summum appetibile perveniatur», PETRUS DE ABANO 1523, c. 18vb (passo già citato da BOFFITO 1902, p. 109).

quam obediret intentioni universalis Nature, ut scilicet pateretur elevari in parte a virtute celi, tanquam obediens a precipiente, sicut videmus de concupiscibili et irascibili in homine; que, licet secundum proprium impetum ferantur secundum sensitivam affectionem, secundum tamen quod rationi obedibiles sunt quandoque a proprio impetu retrahuntur, ut patet ex primo *Ethi-
corum*⁹⁷.

XIX

// p. 475 // Et ideo, licet⁹⁸ terra secundum simplicem eius naturam equaliter petat centrum, ut in ratione instantie dicebatur, secundum tamen naturam quandam patitur elevari in parte, Nature universali obediens, ut mixtio sit possibilis. Et secundum hec salvatur concentricitas terre et aque, et nichil sequitur impossibile apud recte philosophantes, ut patet in ista figura⁹⁹ [**FIGURA 3**]: ut sit celum circulus in quo A, aqua circulus in quo B, terra circulus in quo C; nec refert, quantum ad propositum, utrum aqua parum vel multum a terra distare videatur. Et sciendum quod ista est vera¹⁰⁰, quia est qualis est forma et situs duorum elementorum; alie due superiores false, et posite

